



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

3. Multi furantes modica ab eodem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

1. Bonacina de rest. in partic. d. 2. q. 8. p. 1. n. 1. citans
officium exculat à mortali pauperes, qui messis tempore
circumstant sibi quantitatem notabilem tritici, auferentem
modicum quid à singulis, nam Domini non censent
triviri, supposita illorum granariis (Corrisauri à
la publicis quibusdam granariis) aliqui Religiosi elemosinam ita
appellatur) aliqui Religiosi elemosinam ita
autem ad afferentibus illuc tritigum, ut si ij reculent, vi
olentiam mensuram à singulis accipiant: peccatane hi
mortaliter? Respondeo, cum hi sic se gerant violentere,
ex alio capite, cum opponamus adesse animum pro-
utendi in ejusmodi violenta exactione, peccare mortali-
ter non ambigo quia si Domini tam expresse repu-
gnet, ad presumpsum, seu tacitum consensum recur-
re non possumus.
At aliqui ex his Religiosis prætentend obtruisse à
Principe privilegium id faciendi. Respondeo: At Prin-
cipis non sunt Domini bonorum subditorum. Indè puto,
privilegium esse, ut possint petere, non verò ut possint
violenter exigere.

§. III. Multi furantes modica ab eodem.

Omnis frequens amicorum, societas multorum mi-
litem, similiter ingrediuntur vineam, v.g. aliquid jus
de singulis racemum uvæ, exiguum scilicet materiam fur-
tant. Ita tamen ut tota vinea notabiliter expiletur,
negro Domini nocimento; Mortaliter, peccato sub
gravi restitutionis onere omnes delinquant?
Hac in re certum est, ex Dicastill. lib. 1. de justit.
2. d. 3. dub. 5. n. 7. si mutuis illorum comitatus fuit
causa illius notabilis detrimenti, vel si unus alterum ex-
citavit omnes mortaliter peccasse sub onere restitutionis
in solidum: sicuti contra certum item est, si seorsum
singuli sine scientia furti alterius illud minimum substi-
tuerint, neminem peccasse mortaliter, vel restitutionis
obligationem mortalem contraxisse, sed solum venia-
lem. Ratio doctrinæ est, quia in posteriore casu nul-
lo modo adest consensus ad furtum alterius, nec conse-
quenter ad dampnum notabile Domini: in priore mani-
festè adest.

Remanet ergo decernendum: Quando quilibet for-
atur ex se modica furatur, sed advertit, confidat modica
quid furari, ut simul unita esse Notabile Dni nocimentum.
Respondeo probabile esse peccati mortaliter cum
gravi obligatione restituendi; & probabile item esse so-
lum leviter, cum levi restitutionis obligatione. Ratio
cognoscendum mortalem culpam est, quia quilibet
videtur esse causa damni notabilis, quod prævidet,
et non cavet. Ita Henri. 13. de excomm. c. 17. n. 4. Salom.
2. d. 66. art. 6. controvers. 3. Suarez tom. 5. in 37. d. 2. sect. 1.
et alii. Ratio cognoscendum solum culpam venia-
lem, id, quod mihi magis aridet, est, quia unus nul-
lo modo est causa furti alterius: ita Sotus l. 4. de rest. q. 7.
et Sanchez lib. 7. in Decal. c. 2. n. 22. Dicastill. lib. 2.
de just. tract. 2. d. 9. dub. 5. n. 79. alique. Quod si quis fuit
in suo malo exemplo occasio, idque prævidet, recurrunt
regule de scandalo, de quibus dictum est Methodo
Confess. 2. c. 1. §. 17.

Si ergo contra sic furantes in gratiam Domini no-
tabile damnum patientis fulminaretur excommunicatio,
vel reservatio in priore sententia contraheretur ea à sin-
gulis, quia in hac sententia peccarent singuli mortaliter:
et in posteriore non item, quia nec excommunicatio,
ne reservatio cadit in veniale peccatum. Majorem quan-
tatem requirit ad peccatum mortale in hoc furti gene-
re, colliges ex dictis §. 2. à num. 4. ubi etiam habebis,
quantonam majorem.

§. IV. De quantitate sufficienti ad mortale inter propinquos, & domesticos.

Conveniunt Doctores citati, majorem quanti-
tatem requiri, ut hi peccent, quam alij exteri.

Ratio est, quia minus est invitus Dominus respectu
suorum, quam exterorum. Quæ autem sufficiens, &
necessaria sit ad mortale, difficile est, & molestum sta-
tuere, & tandem sapientiores concludunt, id à prudenti
esse decernendum: Nam minus invitus erit Dominus
liberalis, divus amicus, quam avarus, pauper, parum
amans. Minus, si domesticus furetur ad proprios usus;
quàm ad dandum aliis: Minus, si panem, vinum, el-
ementorum reliquias, quàm pecuniam, vestes, pretiosa
electuaria: minus, si per modicam, & rarè; magis, si
per notabilem quantitatem simul, & sæpè res auferan-
tur: Minus, si tu multum fugi sis domi, quàm si ne-
gligens, & parvi emolumenti, &c. Notat idem de Lugo
tom. 1. de justit. d. 16. sect. 4. num. 76. pietatem Patris (adde
& conjugis) involuntarium diminueris enim non est
facile credendus, velle esse ita invitum, ut filiis illis fur-
ta non admodum gravia imputentur ad peccatum le-
thale, & consequenter ad damnationem æternam. His
igitur, & similibus expensis decernendum erit, an hi
domestici, quales sunt uxor, filij, servi mortaliter, necne
peccaverint, cum obligatione restitutionis mox expli-
candæ. num. 6.

Quoad uxorem.

2. Nihilominus, quoad uxorem, explicatius docet
Bannez 2. 2. q. 3. art. 8. sequiturque Cenedo, Ldesma,
Vega, alique, quos citat, sequiturque Dian. p. 2. r. 15. re-
sol. 3. 4. posse dari ab uxore divitis singulis annis viginti
partem lucri annui. At non est id dictum propter parvi-
tatem materie, sed propter largitiones, & elemosinas,
quas uxores facere possunt, inficiis viris. Et tamen hoc
ipsum nimis excedere videtur Ioani de Lugo ibid. n. 64.
& ita mihi etiam videtur, saltem quando divitiarum mul-
tum exerescerent: nam sic uxor Principis habentis du-
centa millia aureorum annua, posset quotannis decem
millia inficio marito usurpare, & expendere: quod certè
vel ditissimorum consuetudo non probat; & nos supra,
tr. 1. c. 2. §. 3. n. 14. ad aliquantò minorem summam hanc
licentiam restrinximus: licet demum prudentiæ Confes-
sarii rem totam commiserimus: id, quod hic etiam
melius est committendum. Iuvabunt tamen, & quod
dictum est à Bannez, & quæ mox dicentur de furtis fi-
liorum, ut ex omnibus dictis prudens vir colligat, quid
ipæ statuentum sit.

Quoad filios.

3. Quoad filios ergo, Fagundez præc. Eccl. 2. lib. 8.
cap. 6. num. 7. citans Naz. & Rebellum, docet quatuor,
vel quinque Regales, seu Argentos (unum Regale
constituere Tarenum unum Sicolum, & grana circiter
quatuor, vel quinquaginta monumini alibi) si pro honestis
recreationibus filius à Patre mediocriter pecunioso fure-
tur, non peccare mortaliter. Hier. Cenedo tract. de paup.
Reg. dub. 2. o. n. 10. absolute docet, si filius furetur à Patre
octo, vel novem Regales, sed non sæpius, quam bis in
anno, mortaliter non delinquere: Bannez ibid. quæd. 66.
art. 6. §. secundum documentum, asserit minus, quàm quin-
quaginta aureos non sufficere ad furtum grave in filio
parentis prædixit, quam assertionem tolerat de Lugo
tom. 1. de justit. disp. 16. sect. 4. §. 1. num. 76. in filio Principis
non in aliis Lessius lib. 2. cap. 12. num. 76. Dicastill. lib. 2.
de just. tract. 2. quæst. 9. dub. 8. num. 183. dicunt duos, vel
tres aureos non sufficere ad mortale, si eos filius furetur
à Patre divite: sufficere si à Patre artifice, vel angusti
pattimonij. Salas apud de Lug. loc. cit. cum de hoc inter-
rogatus fuisset; respondit, filium unicum à parente ha-
bente aureos annuos mille, & quingentos, posse absque
mortali furati aureos viginti, vel triginta in anno: id
quo admittit de Lugo ibid. in filio non puero, sed ado-
lescente, quando Pater non est tenacioris naturæ, & ex-
pensis faciendæ esset, non ad turpes usus, sed saltem ad
indifferentes.